

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia bx
cum fonte primo

Non potest quisquam bene degere
qui se tantum intuetur.

Alteri uiuas oportet si uis tibi uiuere.
Hec societas diligenter et sancte
obseruata que nos homines hominibus
miscet et iudicat aliquod esse commune
ius generis humani.

Seneca ibidem XLVIII. epistola.

Nec potest quisquam beate degere
qui se tantum intuetur,
qui omnia ad utilitates suas convertit:
alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.
Haec societas diligenter et sancte
observata, quae nos homines hominibus
miscet et iudicat aliquod esse commune
ius generis humani,
plurimum ad illam quoque
de qua loquebar interiorem societatem
amicitiae colendam proficit;
omnia enim cum amico communia
habebit qui multa cum homine.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 48.2-3 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.124-5, ll.25-27, 1-6).